



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

Concilivm Bitvicense, In Qvo Post Redargvtos Eos Qvi negarent sanctum
Martialem inter apostolos nominandum esse, multa ad ecclesiasticam
disciplinam pertinentia decernuntur, celebratum anno Christi ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

CONCILIVM BITVRICENSE,
IN QVO POST REDARGVTOS EOS QVI
negarent sanctum Martialem inter apostolos nominan-
dum esse , multa ad ecclesiasticam disciplinam pertinen-
tia decernuntur , celebratum anno Christi MXXXIV.
circa Kalendas Nouembris, sub Benedicto papa IX.

Acta huius Concilii recitantur in sessione secunda sequentis Con-
ciliis Lemouicensis II.

CONCILIVM LEMOVICENSE II.
IN QVO AGITVR DE APOSTOLATV SANCTI
Martialis , & recitantur Canones nuper statuti in Con-
cilio Bituricensi , celebratum anno Domini MXXXIV.
die xviii. mensis Nouembris, tempore Benedicti pa-
pæ IX.

Fragmenta quædam actorum huius Concilii hactenus edita fue-
runt ; nunc integra primum in lucem prodeunt ex codice manuscripto
bibliothecæ Thuanæ.

S E S S I O I.

Celebrata xiv. Kalendas Decembri.

FACTVM est illo tempore ut Dei nutu in festiuitate de-
dicationis templi Domini Saluatoris , quod est xiv.
Kalendas Decembri, congregaretur Concilium apud ur-
bem Lemouicam . Ipsa itaque dedicationis die summo
mane conuenerunt omnes simul episcopi cum presbyte-
ris & diaconibus , in ecclesiam beati protomartyris Ste-
phani. Erat autem eadem basilica propter coadunatum
Concilium solenni more pridie ornata , sicut & ecclesia
Saluatoris Domini ; in qua anniuersaria dedicationis fe-
stiuitas ab omni Lemouicensi populo rite celerabatur.
Fuerunt itaque dispositæ in modum coronaæ sedes episco-
porum in eadem sancta Lemouicensi ecclesia ; quæ est pri-
ma omnium ecclesiarum Galliæ. At ubi oratum est , & se-
derunt episcopi , data ab archidiacono lectione , Iordanus